ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 49v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Dixit dns: quid est quod fecisti? Ecce uox sanguinis fratris tui
clamat ad me de terra. Queritur quomodo sanguis abel
clamat ad dm. Clamat namque ad dm quia homicidii
illius reatus in conspectu iusti iudicis apparebit.
Nunc igitur maledictus eris super terram quae aperuit os
suum. &c. Terra in adam maledictionem promeruit
sed cain in peccato suo uidelicet quia sciebat ipse
damnationem preuaricationis prime et nutrimuit origi
nali peccato fratricidii super addere scelus. Ideo ma
iorem maledictione dignus habebatur. Dixque cain
ad dnm: maior est iniquitas mea quam ut ueniam me
rear. Ecce desperando locutus est quod est peccatum
maximum. Non enim est confessus scelus suum sed ad
desperationis malum prouit. Unde et subiunxit: ecce
eicis me hodie a facie terrae et a facie tua abscondar
et ero uagus et profugus. ut sic lxx transtulerunt ge
mens et tremens in terra. Omnis igitur qui inuene
rit me occidet me. Ideo taliter se damnauit ut con
pendio mortis cruciatus euaderet presentes. Dixque
dns: nequaquam ita fiet. Sed omnis qui occiderit cain
septuplum punietur. Hic oritur ualde conplexa
questio. quia alia translatio ait septem uindictas
exsoluet. Sed ante quam de questione disseramus